



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

V. Vt presbyter non amplius quam tres Missas in die celebret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Baptistæ, neque in prædictis ieiuniorum diebus, ANNO
CHRISTI
1022. siue in omnium solennium dierum præcedentibus noctibus.

IV.

Decretum est etiam in eodem Concilio, vt presbyter aliquis post galli cantum æstiuu noctibus bibens, proximo die Missam non celebret: * hie-
mantibus similiter, nisi necessitas cogat. * hiema-
libus

V.

Item decretum est, vt vnusquisque presbyter in die non amplius quam tres Missas celebrare præsumat.

VI.

Conquestum est etiam in sancto Concilio de quibusdam stultissimis presbyteris, vt quando incendium videant, corporale dominico corpore consecratum ad extinguendum incendium temeraria præsumptione in ignem proiiciant. Ideoque decretum est sub anathematis interdictione, ne vltius fiat.

VII.

Interrogatum est, si duo in adulterio inculpati forent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est etiam a sancto Concilio, vt ille qui negauerit, probabili iudicio se expurget: & qui confessus fuerit, digne poenitentiam agat.

VIII.

Decretum est etiam in eodem Concilio, vt nemo gladium in ecclesiam portet, regali tantum excepto.